

alios presentes literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicantes, & Clero seculari in premissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem praemissa ubique perpetuo observari: Contradictores quoscumque per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus fel. recor. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad Judicium non trahatur, aliique Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quibuscumque statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis dictis Regularibus, eorumque Ordinibus, ac Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae iisdem praesentibus haberetur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Februarii 1601. Pontificatus nostri Anno decimo.

Regularis praecedentiam sibi arrogat in suis Ecclesiis.

Clemens declarat, prout in Rubrica.

Executores designat.

§. 1. Nuper Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium praepositi, matura consultatione praehabita, ac facta prius Nobis relatione de mandato nostro viva vocis oraculo ipsis facto super modo servando a Metropolitanis in causis appellationum ad tollendas ambiguitates, & controversias Jurisdictionales, quae intra Judices appellationum, & prioris instantiae, non sine Partium dispendio, cursus Justitiae impedimento, & saepe cum scandalo orientur, infra scripta ab omnibus, ad quos spectat, imposturum servari debere decreverunt.

§. 2. Primo, quod Metropolitanis, Archiepiscopis, Primates, aut Patriarchae in Suffraganeos eorum, vel subditos non judicent, nisi in causis a jure expressis.

§. 3. Secundo, quod iidem, nec alii quivis Superiores, etiam Nuncii, vel Legati de latere specificam facultatem majorem habentes causas in Curia ordinariarum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se non avocent, nisi per viam legitimae appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tunc appellantes ab inferiorum Jurisdictionibus quoad alias causas eximere non possint.

§. 4. Tertio, quod appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quae realiter exhibeantur, constiterit, appellationem a sententia definitiva, vel

lectori Generali per presentes committimus, & mandamus, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicantes, & Clero seculari in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem praemissa ubique perpetuo observari: Contradictores quoscumque per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Novembris 1602. Pontificatus nostri Anno XI.

CCXCVI.

Nonnulla Decreta Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium super modo servando a Metropolitanis in causis appellationum, confirmantur pro Diocesi Colimbriensi.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nuper Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium praepositi, matura consultatione praehabita, ac facta prius Nobis relatione de mandato nostro viva vocis oraculo ipsis facto super modo servando a Metropolitanis in causis appellationum ad tollendas ambiguitates, & controversias Jurisdictionales, quae intra Judices appellationum, & prioris instantiae, non sine Partium dispendio, cursus Justitiae impedimento, & saepe cum scandalo orientur, infra scripta ab omnibus, ad quos spectat, imposturum servari debere decreverunt.

§. 2. Primo, quod Metropolitanis, Archiepiscopis, Primates, aut Patriarchae in Suffraganeos eorum, vel subditos non judicent, nisi in causis a jure expressis.

§. 3. Secundo, quod iidem, nec alii quivis Superiores, etiam Nuncii, vel Legati de latere specificam facultatem majorem habentes causas in Curia ordinariarum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se non avocent, nisi per viam legitimae appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tunc appellantes ab inferiorum Jurisdictionibus quoad alias causas eximere non possint.

§. 4. Tertio, quod appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quae realiter exhibeantur, constiterit, appellationem a sententia definitiva, vel

Derogant contrariis

Dat. die 16. Nov. 1602. An. XI.

Ex Regest. in Secret. Bruc.

A. S. Congregationis Episcoporum, & Regularium nonnulla edicta circa causas appellationum coram Metropolitanis.

Metropolitae non judicent in Suffraganeos, nisi in causis a jure expressis.

Nec Metropolitanis, nec Nunciis S. A. causas in ordinariis Tribunalibus pendentes ad se avocent.

Appellationes non admittantur, nisi intra legitimum tempus illi fuerint interpositae.

habentem vim definitivam, aut a gravamine, quod per definitivam reparari non possit in casibus a jure non prohibitis, per legitimam personam, & intra legitima tempora fuisse interpositam, aut prosequutam.

Lite pendente coram ordinario Metropolitae non licet judicare de gravamine &c.

Inhibitiones non concedantur nisi cum inferione sententiae.

Quid sit agendum si Judex a quo appellatur, denegat extradiationem actui.

Appellatio a vero contumacia interposita non admittenda.

Nec a sententia Episcoporum procedendum tamquam delegati S. A.

Quid agendum si procedatur in Visitacione.

§. 5. Quarto, quod dum cause coram inferioribus Judicibus pendunt, ante definitivam, vel vim definitivam habentem de gravamine illato superiores cognoscere non valeant, licet citra praedictum cursus causarum, se id facere contendant, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia Processus transmittatur expensis etiam appellantis.

§. 6. Quinto, quod inhibitiones post appellationem, aut praemittitur, receptam, non concedantur, nisi cum inferione tenoris sententiae, aut decreti definitivi, aut vim definitivi habentis, vel damnum per definitivam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quaecumque sint ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.

§. 7. Sexto, quod si appellans asserat sententiam, aut appellationis exemplum culpa Judicis, a quo, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibicio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamen Judex a quo ne si vere appellatum fuerit, in casu appellabili interim aliquid in praedictum appellantis atterat, & si per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit, acta denegari appellanti, tunc Judex appellationis in mandato habendi acta possit edicere, nec interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

§. 8. Septimo, quod a sententia etiam definitiva contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur, nec inhibicio, aut aliqua quavis provisio, quamdiu appellans in hujusmodi vera contumacia persistit, concedatur.

§. 9. Octavo, quod ab executione decretorum Sacri Concilii Tridentini, aut Visitacionis Apostolicae, appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec etiam quando Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilii Tridentini procedant, uti Sedis Apostolicae delegati in causis, quae sub eorum Jurisdictione non comprehenduntur, & Nunciorum Apostolicorum auctoritate.

§. 10. Nono, quod in causis Visitacionis Ordinariarum, aut correctionis suorum quoad effectum devolutivum tantum, appellationes admittantur, nisi de gravamine per definitivam irreparabile agatur, vel cum Visitator, citata parte, & adhibita cause cognitione judicialiter procedat, tum enim appellationis locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

§. 11. Decimo, quod cum a gravamine

ne, quod per definitivam reparari nequeat, ut indebita carcerationis, vel tortura, aut excommunicationis, etiam comminate appellatur, non nisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibicio, vel provisio aliqua concedatur.

§. 12. Undecimo, quod causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad Judex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita, aliter decreverit, & tunc si a Judice, ad quem decretorum definitiva habentur, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Judicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

§. 13. Duodecimo, quod acta originalia processuum primae instantiae ad Judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incedat, quae judicialiter obiciatur, tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, ut in suo Archivio conserventur.

§. 14. Decimo tertio, quod censura Ecclesiastica contra appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tumque constiterit eam justam non esse ad Judicem, qui excommunicabit, appellans remittendus est, ut ab ipso juxta Sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem praestiterit, obtineat: si vero injustam esse clare appareat, superior absolutionem impendat: si autem dubitetur honestius esse, ut ad Excommunicationem intra brevem aliquem competentem terminum, eidem praefigendum absolvendus, remittatur: licet etiam Superior id ipsum per se praestare jure possit.

§. 15. Decimo quarto, quod absolutio ad cauthelam non nisi parte citata, & visis actis, cum dubitetur de necessitate excommunicationis ab homine prolata, vel a jure, si occurrit dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidencia, & praestita per Excommunicatum cautione de parendo juri, & mandatis Ecclesiae tantum de se juxta formam a jure praescriptam apparebit aliquem ob manifestam offensam Excommunicatum fuisse, debitam satisfactionem praestare. Si vero contumaciam manifestam, expensas quoque resicere, ac insuper cavere de Judicio sibi coram Excommunicatore, quis teneatur, priusquam ad cauthelam absolvatur.

§. 16. Cum autem, sicut pro parte Venerabilis Fratris Alphonfi Episcopi Colymbriensis Nobis nuper expositum fuit, ipsius Curiae Episcopalis maxima interfit, ut supradicta forma in causis appellationum ad eum Metropolitanum Bracharensem, in quibus haecenus causis eidem, sive Curiae Episcopali aliqua gravamina illata fuisse asserit, de cetero observari debeat, ac propter ea Nobis humiliter supplicari fecerit, ut

1603. Quando admittenda sit gravamine appellatio.

Carceratus appellans remaneat in carcere.

Quando acta remittenda sint ad Judicem appellationis.

Excommunicatus appellans a quo sit absolvendus.

Absolutio ad cauthelam quando, & quomodo danda.

Episcopus Colimbriensis praed. petit confirmari.



Confirmat Clemens, ea que observari mandata ab Archiepiscopo Bracharen.

premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 17. Nos ipsius Alphonsi Episcopi justis petitionibus annuentes, supradictorum decretorum formam in quibuscumque causis appellationum ab ipsa Curia Episcopali Columbiani ad ejus Metropolitanum predictum deinceps in perpetuum servandam esse, ipsamque Metropolitanam, ejusque Officiales aliter appellationes admittere, & earum causas cognoscere, & expedire nullo modo posse, irritaque, nulla, & invalida esse, & fore, quaecumque acta, decreta, & sententias in hujusmodi causis non servata forma supradicta faciendae, & servandae.

Claufula.

§. 18. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac nostros, & Apostolicae Sedis Nuncios, ac etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, definiti, & interpretari debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrarium.

§. 19. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis, quibuscumque.

Dat. die 9. Januar. 1603. An. XI.

Datum Romae apud S. Petrum sub anno Piscatoris die 9. Januarii 1603. Pontificatus nostri Anno undecimo.

CCXCVII.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Diversae Facultates, Gratiae, & Concessionis pro Cappellano Majori Regiae Cappellae Regis Neapolitani.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum, & utriusque Siciliae Regi Catholico.

CLEMENS PAPA VIII.

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium a Philippo III. erga Sedem. Apost. meritis petium.

GLoriosae Progenitorum tuorum in Sede Apostolicae promerita, ac praecipuae Majestatis tuae erga Nos, eandemque Sedem sincerae devotionis Fides, Religionisque Catholicae propagandae ardor, & studium, Nos inducunt, ut quae ad Ministrorum tuorum decorem, Regiaeque ditionis splendorem conducere proficimus, Apostolica liberalitate, largiamur; Ad quod praestandum eo libentius inducimur, quo hac ratione multarum controversiarum, quae ex antiqui privilegii interpretatione exoriri consueverunt, incommodis occurrere posse speramus.

Ob concessa Regis Cappellani Privilegia lites inter eos, & Episcopos exorta fuerant.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, clar. mem. Hispaniarum, & utriusque Siciliae Reges Catholici Antecessores tui a pluribus Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri, diversa indulta, privilegia, gratiaque spirituales, & temporales pro eorum Cappella, & ejusdem Cappellae Ma-

jori Cappellano nuncupato, aliisque in eadem Cappella defervientibus, obtinuerint, quorum occasione, praesertim quarundam sal. record. Leonis X. sub Datum 2. Aprilis, Pontificatus sui Anno septimo, plures a multis annis inter Episcopos, & Archiepiscopos Regni Neapolitani, & Cappellanos majores in dicto Regno Neapolitano constitutos, pro tempore existentes, controversia, circa jurisdictionis Ecclesiasticae usum exorta sunt, & usque in praesentem diem vigent.

Clemens abrogatis quibusdam Leonis X. Literis in quibus praesentibus advertebantur.

§. 2. Nos, qui de praemissis omnibus plene, & sufficienter informati sumus, ac plenam notitiam habemus, ut in posterum omnes distinationes, ac jurgia amputentur, ac periculis, quae exinde Fidelium Animabus maxime imminere, occurratur, oportunitis remediis providere volentes, ac propterea Literas Leonis Praedecessoris hujusmodi, & in eis contenta, ac inde sequuta quaecumque contra, & praeter praesentium tenorem, haecenus quomodolibet observata, vel praesentia, harum serie abrogantes, & annullantes, ac Majestatem tuam, quam divina opitulante gratia, Parentum tuorum vestigia sectantem, in dies magis, ac magis strenuum, & invictum Fidei Defensorem, ac vere Catholicum Regem futurum esse confidimus, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes.

Cappellano majori ea concedit Privilegia, quae hic recensentur.

§. 3. Motu proprio, non ad tuam, aut alicujus alterius pro te Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera nostra liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, Majestati tuae, tuisque in Regno Neapolitano Successoribus, ac Cappella Regiae in dicto Regno constituta, ejusque Cappellano majori per Te, & Tuos in eodem Regno Successores, ex Presbyteris tamen, qui ab eorum Episcopis Ordinariis approbati existant, in posterum eligendo, & deputando, pro tempore existenti, necnon ceteris ejusdem Cappellae similiter per Te, ac Successores praedictos, seu etiam per ejusdem Regni pro tempore Pro-Reges, aut eundem Cappellanum majorem legitimam ad id a Rege, vel Pro-Rege facultatem, & auctoritatem habentem, nominandis, & constituendis Cappellanis, & Cantoribus, ac Scholaribus, reliquisque in eadem Cappella inservientibus, aliisque omnibus Christifidelibus utriusque sexus ad eam accedentibus, ut tam in Regum, & Pro-Regum praesentia, quam etiam in eorum absentia, Missas, & Divina Officia, Horasque Canonicas ad Breviarium, ac Missalis Romani regulas, & formam, Romanumque morem, & usum in dicta Cappella recitare, & celebrare, seu recitari, & celebrari facere, ac respective audire, coram autem Regibus, & Pro-Regibus ipsis, eorumque Uxoribus, per unam ante ortum Solis, ac post meridiem horam, Missas celebrare pariter, & audire, ac in Festo Sanctissimi Corporis Christi, & per ejusdem Festi octavam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in praedicta Cappella, debita cum reverentia, & honore retinere,

nere, in quinta etiam, & sexta Feris majoris hebdomadae, Domini Nostri Corpus in Sacrario, seu Urna reponere, & ad morem Patriae Monumentum, Sepulturamque, ejusdem Domini Nostri, Luminibus adhibitis, representare, nec non, ut in quibuscumque Collegiatis, Parochialibus, & aliis inferioribus Ecclesiis secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, & Monialium in eodem Regno constitutis, ad quos eisdem Reges, vel Pro Reges etiam cum eorum Conjugibus, & filiis pro tempore, devotionis, aut alia ex causa declinare contigerit, Cappellanus major per se, aut alios Cappellanos, cum Cantoribus, & Cappella praedicta Ministris, Divina Officia, & Missas in eorumdem tamen Regum, seu Pro-Regum praesentia celebrare, eisque inservire, & oblationes, quae de ipsorum Regum, ac Pro-Regum, Uxorumque, & Filiorum suorum manibus procedent, prout in Cappella Regia recipere consueverunt, recipere, ac quotiescumque, & ubicumque inter Missarum solemnias, Regibus ipsis, aut Pro-Regibus praesentibus, verbum Dei per aliquem Concionatorem saecularem, vel regularem per eundem Cappellanum majorem Regni Neapolitani accersendum, qui tamen alias per Episcopum, si vero Regularis fuerit, etiam per ejus Superiorem Regularem, aut verbum Dei praedicandum, approbatus esse debeat, ac Licentiam, vel Benedictionem, juxta Concilii Tridentini Decreta ab ipso Ordinario obtinere teneatur, Populo proponere, & enunciabitur, idem Cappellanus major, omnibus vere penitentibus, & confessis, ibidem praesentibus, coram Rege ipso ducentos, coram autem Pro-Rege centum dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis penitentis, Apostolica auctoritate, relaxare; Praeterea, ut idem Cappellanus major pro tempore existens, Regum, Reginarum, ac filiorum, & singulorum utriusque sexus ipsorum Familiarium, nec non omnium Aulam Regiam sequentium, Pro-Regum etiam ipsorum pro tempore existentium, ac Uxorum, & Filiorum, eorumque Familiarium eis actu inservientium, & eorum impensis, uti Familiares, continui Commensales, viventium, vel in Palatio, seu Viridario Pro-Regum degentium, eorum etiam, qui regis stipendiis viventes Pro-Regibus ipsis assistunt, ac Pro-Reges sequuntur, eisque inserviant, dummodo in Palatio Regio, seu Viridario morentur, & degant, Animarum curam gerere, ac si eorum Rector, & proprius Parochus existeret, & per se, vel alium, seu alios Presbyteros saeculares, vel quorumvis Ordinum Regulares, de Superiorum suorum licentia, dummodo ex approbatis per Ordinarios existant, supradictorum omnium Confessiones audire, eoque per se ipsum, vel certos aliquos Cappellanos Regios saeculares, ab Ordinario tamen approbatos, ab Ordinario tamen approbatos, ab omnibus, & singulis peccatis, criminibus, excessibus, delictis, & casibus, etiam Episcopis reservatis, vel reservandis, non tamen censuram Ecclesiasti-

cam annexam habentibus, in Cappella ipsius Palatii, non autem in aliis Ecclesiis, nec privatis eorum Domibus, injuncta eis pro modo culpe penitentia salutari, absolvere, & Eucharistiae Sacramentum, etiam in die Paschatis Resurrectionis Domini Nostri, absque alicujus licentia, in Cappella praedicta, seu etiam in Parochiali Ecclesia viciniori, de illius tamen Rectoris, seu Parochi consensu, & absque ejus praesentia, ministrare, seu ministrari facere: Insuper omnium supradictorum Filios infantem in Palatio ortos, nec non Judaeos, Thurcas, & Saracenos, sufficienter tamen prius catechizatos, & in Fide Christiana instructos, qui Judaei, Thurcae, & Saraceni aliquando in Regum, seu Pro-Regum praesentia, ex quavis causa pro tempore baptizabuntur, aut quos praedicti Reges, seu Pro-Reges tenere, seu suscipere voluerint, per se, vel alium, seu alios ab eo deputandos, ad Sacramentorum tamen administrationem ab Ordinario approbatos, Aquam baptismalem, & Sacramentalia ad id necessaria, ex Parochiali Ecclesia viciniori, de Parochi consensu, & sine ejus praesentia, accipiendo, baptizare, Matrimonium etiam inter praefatos viros, & mulieres contrahendis, factis tamen prius denunciationibus, seu proclamationibus a Concilio Tridentino requisitis in eadem Cappella Regia Palatii, quatenus in eodem Palatio, & Viridario contrahentes ipsi morentur, & degant, si vero mulier non fuerit ex praedictis, denunciations, seu proclamationes pro parte mulieris fiant, & Matrimonium celebretur in Parochiali Ecclesia, intra cujus fines ipsa mulier commoratur: si autem aliqui ex praedictis exteri fuerint, capta prius per Loci Ordinarium informatione, ac ab eodem decreto gratis obtento, quod inter eos licite Matrimonium celebrari valeat, similiter per eundem Cappellanum majorem, vel alium, seu alios ex Cappellanis Regiis ab eodem deputandos, nulla alterius Parochi licentia requisita solemniter interesse, auctorizabilemque praesentiam praestare, ita tamen, ut Baptizatorum, Parentumque, ac Compatrum, & Comitrum, necnon Matrimonio simul junctorum nomina in Libro, quem dictus Cappellanus major habere, & penes se retinere debeat, adnotare, & Librum ipsum, quolibet anno, vicinioris Parochiae Parocho, ut cum aliis conservari possit, consignare omnino teneatur: omnia insuper Sacramenta in mortis articulo eisdem, Eucharistiam, & Oleum Sanctum ex viciniori Ecclesia Parochiali assumendo, ministrare, seu per alios ad id ab Ordinario pariter approbatos, ab eodem Cappellano, ut praesertur, deputandos, ministrari facere, praedictorumque corpora ab intestato, sine electione sepulturae decessentium, in quacumque Parochia ad electionem eorum, qui funeris curam gerent, sine tamen Canonicorum, & Capituli in Civitate, & Diocesi Neapolitana, ac Parochorum praesentia, etiam interdicti tempore, ecclesiastica sepultura tradere: liberum



rum tamen sit prafatis omnibus, & fingulis in fupradictis cafibus, tam pro confeffionibus faciendis, quam pro aliis Sacramentis fufcipiendis, etiam Pafchali tempore, vicinorem Parochialem, aut etiam Cathedralam majorem Ecclefiam adire, praepceptoque Ecclefiae inibi fatisfacere eidemque Cappellano majori de praemiffa fatisfactione Fidem praefentando. Praeterea eidem Cappellano majori, ut Cappellanos, & Prefbyteros ad Regum, feu Pro-Regum nutum amovibiles, ex approbatis tamen ab Ordinario pro celebratione Miffarum, ac vero, & actuali exercitio cura Animarum pro perfonis in Fortalitiis Regiis Neapoli exiftentibus, & intra eorum fepta degentibus, quae tamen perfona officia, & munera aliqua in eisdem Fortalitiis exercere debent, ac ratione officij, custodia, & fervitij, ac affiftentiae continua ibidem refidere tenentur, & propterea fipendia a Regiis Ministris recipere confueverunt, fimili modo nominare, ac deputare. Ad haec, ut idem Cappellanus major, omnes, & fingulas controverfias, lites, & caufas, tam civiles, quam criminales, ac prophanas, non tamen Beneficiales, nec majores, nec juxta Canonicas fationes in Romana Curia, aut per Epifcopos ipfos cognofcendas, nec quarum cognitio juxta Concilij Tridentini Decreta inferioribus Praelatis eft interdifta, contra Cappellanos, Cantores, & Scholares dicte Cappellae in ea aftu fervientes, & fipendia percipientes, nec non in dictis Fortalitiis conftituendos Clericos, & Cappellanos ibidem refidentes, & aftu infervientes, extra tamen Romanam Curiam motas, vel movendas, in prima tantum inflantia, audire, cognofcere, fineque debito pro juffitia terminare, ita ut quicumque Locorum Ordinarij, aut alij Judices eidem majori Cappellano inhiere, nec in praedictum majorem, & reliquos Cappellanos, Cantores, & Scholares in eadem Cappella aftu fervientes, & fipendia regia percipientes, ac alios in eisdem Fortalitiis conftituendos, & ibi refidentes, & aftu infervientes Cappellanos, & Clericos, quos ab illis praedictis refpectibus tantum, prorfus eximimus, & totaliter liberamus, ac eos dicto Cappellano majori immediate fubijcimus, ullam penitus in praedictis fuperioritatem, dominium, & juffidictionem, praedictis refpectibus, exercere, aut fe de illis quomodolibet intromittere valeant, fed praedicti Cappellani, Cantores, & aliae perfonae ecclefiafticae ejufdem Cappellae, & Fortalitiarum hujufmodi, coram eodem Cappellano majore, feu ab eo fubdelegato Judice dumtaxat in caufis hujufmodi, in dicta inflantia, de juffitia refpondere teneantur: Utque idem Cappellanus major per fe, vel alium, feu alios ejufdem Cappellae Regiae Regni Neapolitani Cappellanos, Cantores, & Scholares in eis aftu fervientes, & confueta fipendia percipientes, ac in dictis Fortalitiis conftituendos Clericos, & Cappellanos, qui propter violentam manuum injedionem inter fe ipfos tantum, citra tamen mem-

brorum mutilationem, aut enormem leffionem, fententiam excommunicationis incurrerint, & hujufmodi fententia ligati, Miffas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebrando, irregularitatem aliquam contraxerint, ab eadem fententia excommunicationis, injuncta eis pro modo culpa aliqua penitentia falutari, in forma Ecclefiae confueta abfolvere, & fuper irregularitate praedicta difpenfare, omnemque inhabilitatis, & infamiae maculam, five notam per eos propterea contractam, abolere, libere, & licite poffit, & valeat, & refpective poffint, & valeant, Apoftolica auctoritate, tenore praefentium, perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes praefentes Literas, & in eis contenta quacumque de fubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, feu intentionis noftae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut in jus, vel in controverfiam revocari non poffe, fed illas femper, & perpetuo validas, & efficaces exiftere, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, ac perpetuo inviolabiliter obfervari: ficque, & non aliter per quocumque Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & dicte Sedis Nuncios, & caufarum Palatii Apoftolici Auditores, fublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique, & in quacumque inflantia interpretari, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane quidquid fecus fuper his a quoquam, quavis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Et nihilominus dilecto filio noftro, & dicte Sedis in praedicto Regno Neapolitano Nuncio nunc, & pro tempore exiftenti, per praefentes, motu fimili, committimus, & mandamus, quatenus eidem Majeftati tuae, ac Pro-Regi, & Cappellano majori, aliisque praedictis, auctoritate nofta affiftens, praefentes Literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus, & quoties requifitus fuerit, inviolabiliter perpetuo ab illis, ad quos fpectat, vel pro tempore quomodolibet fpectabit, perpetuo obfervari, omniaque, & fingula alia, quae in praemiffis, & circa ea fuerint quomodolibet neceffaria, & opportuna, faciat, mandet, & exequatur, non permittens fingulos, quos praefentes concernunt, vel pro tempore concernere contigerit, contra illarum tenorem, per quofcumque quomodolibet moleftari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoflibet, ac praemiffis non parentes, per cenfuras ecclefiafticas, ac etiam pecuniarias poenas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poftpofita, auctoritate nofta, compescendo, invocato ad hoc, fi opus fuerit, auxilio brachij fecularis.

§. 5. Non obftantibus praemiffis, ac quibufvis Apoftolicis, necnon in provincialibus, vel generalibus Conciliis editis Conftitutionibus, & Ordinationibus, ac dicte Ecclefiae Neapolitanae, etiam juramento,

Claufula.

Nuncios Apoftolicos praefentes Conftitutionis exequatur.

Obftantium derogatio.

mento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, privilegij quoque, indultis, & Literis Apoftolicis contra praemiffa quomodolibet editis, difponentibus, concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & fingulis, etiam fi pro illorum fufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, mentio, feu quavis alia expreffio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc fervanda foret, illorum omnium, & fingulorum tenores, praefentibus pro plene, & fufficienter expreffis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, harum ferie, ad effectum praemifforum, motu, fcientia, & potestatis plenitudine fimilibus, derogamus, & ad plenum derogatum effe volumus, & declaramus, ceterisque contrariis quibufcumque.

§. 6. Ne vero, quae ad aliquorum honorem, & prerogativam concedimus, aliis, praefertim Locorum Ordinariis, nimis praedjudicialia exiftant, liberumque fit pro libito Clericos a juffidictione Epifcoporum, & Archiepifcoporum fub hujufmodi exemptionis praetextu fubtrahere, volumus, & exprefse mandamus, ut certus aliquis Regiorum Cappellanorum, Sacerdotum item, & Clericorum in Regia Cappella, & in Fortalitiis praedictis deputandorum, in dictaque Cappella, & Fortalitiis praedictis refpective continuo inhabitantium, & aftu ipfo, & cum fipendio fervientium, numerus a Rege, aut Pro Rege ftatuatur, & praefcribatur: Quodque ij, & ejufdem Cappellae Cantores, & Scholares, gratis, & exemptionibus hujufmodi gaudere nullatenus valeant, nifi aftu in Cappella ipfa inferviant, ac regia fipendia vere percipiant: Volumusque praeterea, & motu fimili decernimus, & declaramus, quod tam ipfe Cappellanus major, quam alij fupradicti, de cetero nullis aliis, praeterquam fupraexprefsis facultatibus, privilegij, gratis, & indultis, & quoad perfonas, res, loca, & caufas fupra exprefso dumtaxat, refpective, uti valeant, nec etiam aliam ipfe Cappellanus Major, quam fupra exprefsam juffidictionem, & fuperioritatem in Ecclefis, & perfonis hujufmodi habere, exercere, vel vindicare, aut pretendere, etiam vigore extensionis, feu comprehensionis, feu etiam rationis majoritatis, aut fub praetextu fupradictorum Leonis X., aut aliorum quorumcumque privilegiorum, feu poffeffionis etiam immemorabilis, aut Tituli ex ea resultantis, aut etiam fcientiae, patientiae, & tolerantiae quorumcumque Superiorum, aut quovis alio praetextu, ullatenus poffit: Nos enim quafeumque alias facultates, exemptiones, privilegia, gratias, & indulta per quofcumque Romanos Pontifices, & praefertim Leonem praedictum, Praedecessores Noftros, ac Sedem Apoftolicam Cappellae Regiae, Cappellano majori, aliisque Cappellanis, Cantoribus, Scholaribus, & aliis utriusque fexus Chriftifidelibus fupradictis haftenus concessa, Literasque Apo-

Pracavetur de Ordinario rum juffidictio danum patiatur.

ftolicas, etiam in forma Brevis, aut alias quomodolibet defuper expeditas, etiam fi in eis caveatur exprefse, quod revocari, annullari, fufpendi, limitari, & aboleri nullatenus, aut nonnifi de pro tempore exiftentis Regni Neapolitani Regis confenfu, poffint, quodque aliter factae revocationes, annullationes, fufpentiones, limitationes, & abolitiones nulla fint, motu, fcientia, & potestatis plenitudine paribus, perpetuo revocamus, annullamus, caufamus, & abolemus, ac revocata, annullata, caufa, & abolita effe declaramus, & Cappellano majorem, aliosque fupradictos ad alia, quam fuper exprefsa, acquirenda, perpetuo inhabiles, & incapaces reddimus, & quacumque quafi poffeffionem, etiam immemorabilem, & centenariam, & ultra, improbamus, ita ut, nec titulo, nec caufa aliqua poffit propterea allegari, & in judicio, aut extra eildem, etiam ad effectum excufandi, fuffragari, Ordinario Loci in omnibus, & fingulis aliis cafibus praefentibus, ut fupra non exprefsis, etiam in ipfum Cappellano majorem, in omnibus, & per omnia juffidictione, & fuperioritate femper falvis, & refervatis. Ceterum, fi contingat, Majeftatem tuam, & pro tempore exiftentes Hifpaniarum, & utriusque Siciliae Catholicos Reges, tuos Succelfores ad praedictum Neapolitanum Regnum perfonaliter accedere, ibique perfonaliter refidere, aut commorari, ut Cappellanus major tibi, tuique Succelforibus, aftu inferviens, etiam fi forte Cappellanus ipfe pro Regno Neapolitano conftitutus, & deputatus extiterit, omnibus privilegij, facultatibus, gratis, indultis, & prerogativis per Nos, aut Romanos Pontifices Praedecessores Noftros, Cappellano majori Cappellae Regiae in Hifpaniarum Regnis exiftenti, etiam Domum, & Familiam Regiam, aut Aulam, & Curiam Regiam fequentes, concernentibus, & concessis, uti, frui, gaudere, illaque exercere, etiam in praedicto Neapolitano Regno, quamdiu ibidem Reges ipfi moram trahent, juxta privilegiorum eorundem formam, continentiam, & tenorem, ultra praemiffas gratias, facultates, privilegia, & indulta in praefentibus Literis comprehenfa, libere, & licite poffit, & valeat, earundem tenore, permittimus, concedimus, & pariter indulgemus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, fub annulo Pifcatoris, die 10. Januarij 1603. Pontificatus noftri Anno XI.

Dat. die 10. Januarij 1603. An.XI.



CCXCVIII.

*Ex Regest. in Secret. brev.*  
Ex genere Maurorum progeniti in Regno Portugallia a medijs Canonicatibus excluduntur, ac Tertianiarum, & Quartaniarum tantummodo capaces declarantur.

*Venerabili Fratri Episcopo Colimbriensi.*

CLEMENS PAPA VIII.

*Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.*

*Episcopus Colimbriensis, petit declarari, an oriundi ex Mauris capaces sint obtinendi medijs Canonicatus, Tertianiarum, & Quartanarias.*

§. 1. **T**Uæ Fraternitatis nomine Nobis nuper expositum fuit, post factam publicationem nostrarum in forma Brevis literarum, per quas ordinavimus, quod personis de genere novorum Christianorum descendentibus, in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Canonicatus, Dignitates, & Beneficia curam Animarum habentia, conferri non possint, exortum esse dubium ex eo, quod in tua Ecclesia Colimbrien, prout in diversis alijs eorundem Regnorum Ecclesijs, medij Canonicatus, Tertianaria, & Quartanaria existant, an ipsjs personis de genere novorum Christianorum existentibus hujusmodi medij Canonicatus, Tertianaria, & Quartanaria conferri possint, & propterea cuperet Fraternitas tua, nostram in hujusmodi dubio declarationem interponi.

§. 2. Nos Fraternitatis tuæ votis annuere

volentes, ac supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, harum serie declaramus, nostra intentionis esse, ut hujusmodi persona de genere novorum Christianorum a Medijs Canonicatibus Ecclesiarum dicti Regni, prout a Canonicatibus, Dignitatibus, & Beneficijs curam Animarum habentibus hujusmodi, vigore nostrarum Literarum predictarum, exclusæ fuerunt, exclusas existere, ac hujusmodi medijs Canonicatus in eisdem Literis nostris comprehendendi debere, prout nos easdem Literas nostras, quarum tenorem presentibus pro expresso haberi volumus, cum omnibus in illis contentis, ad predictos medijs Canonicatus extendimus, Tertianarias autem, & Quartanarias supradictis personis, alias tamen idoneis, conferri, & ab ipsis obtineri libere, & licite posse:

§. 3. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in eisdem Literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Januarii 1603. Pontificatus nostri Anno XI.

*Clemens eos excludens a medijs Canonicatibus capaces declarat Tertianiarum, & Quartanarias.*

*Clausula.*

*Derogatio contra arceum*

*Dat. die 14. Januarii 1603. An. XI.*

# INDEX

## NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

*Numerus Paginam indicat, A primam Columnam, B secundam designant.*

### A

**S**ancta Agnetis extra Urbis moenia Prioratus. 465. a. In Abbatiam erigitur pro Congregatione Canonicorum Regularium S. Salvatoris. *ibid.*  
Agricultores Agri Romani. 317. b. Certis modo, & tempore possunt frumentum extrahere de Statu Ecclesiastico. 318. a. Barones debent suis Colonis permittere, ut possint aliorum agros etiam cum suis animalibus colere. *ibid.*  
Alexander Medicus dictus Cardinalis Florentinus Legatus Sedis Apostolicæ in Galliam. 104. b.  
Alexander Cardinalis Farnesius. 168. a.  
Alicante Urbs ejusque qualitates. 99. b. Sancti Nicolai Parochialis Ecclesia in Collegiatam erecta. 100. b. Canonicorum qualitates, & privilegia. 102. a. & b.  
Alphonus Manriquez Inquisitor Generalis Hispaniarum. 438. a.  
Ambrosius Morandus Prior S. Petri ad Vincula de Urbe. 10. b.  
Ancona. Mercatoribus illuc merces advehentibus concessa privilegia. 5. a. & seqq. Triticum illuc advectum libere cuique vendi potest. 6. b.  
Andreas Cardinalis Battoreus Episcopus Warmiensis. 29. b.  
Anglis in Seminarijs commorantibus qua lege Laurea Doctoratus concedi possit. 172. a. Hujusmodi Seminaria reducta ad formam Collegij Romæ a Gregorio Decimotertio erecti. 234. a.  
Anglorum Collegium Hispalis erectum. 26. b. Directioni PP. Soc. Jesu committitur. *ibid.* Privilegia Alumnis concessa. 27. a. & b.  
Anna Jagellonia Bonæ Regina monumentum in Ecclesia Barensi erigit. 174. a. Ibi que tres erigi mandat Cappellanas. *ibid.*  
Antonius de Cardopa Dux Svevæ Philippi III. Regis Hispaniarum ad Clementem PP. VIII. Orator. 264. b. Juramentum fidelitatis nomine ejusdem Philippi Regis præstat. 265. b.  
Antonius Dandinus Utriusque Signaturæ Referendarius. 390. b. Commissarius Sedis Apostolicæ delegatus partem Clusina Diocesis unit Ecclesia Castri Plebis. *ibid.*  
Archiconfraternitas Beata Maria de Suffragio Romæ erecta. 47. b. Privilegia ei concessa. *ibid.* Potest singulis annis liberare reum capitali pena damnatum. 49. a.  
Arnaldus de Ollat Henrici IV. Gallie Regis Romæ Orator ad petendam absolutionem. 129. a. *Vide* Jacobus Perronius, *vel* Henricus IV. Francorum Rex.

Aromatarii Urbis. 137. b. Eorum Universitati concessa Privilegia. 138. a. Quæ sit hujus Universitatis Consulum jurisdicctio. 138. b. Quando appellari possit ab eorum sententijs. 139. b.  
Assassinium si ab Ecclesiasticis patretur, ab Ecclesiastico Juce debet judicari. 86. b.  
Auditor Camera Apostolicæ. 113. a. Judices se immiscere non possunt in Causis ad eum spectantibus. 114. a. Quæ sint causæ ab eo cognoscendæ. 114. b. Locum habet in Cappella Pontificia. 116. b. De Monitorijs in causis criminalibus per eum relaxandis. 118. b. De superfloribus &c. 119. a.  
Avenionensibus Archiepiscopis concessa Privilegia. 168. a. & seqq.

### B

**B**artholomæus Cardinalis Cæsius Confraternitatem Stygmatum Sancti Francisci erigi curat. 151. a.  
Bartholomæus Carranza Archiepiscopus Toletanus. 43. b.  
Basileense Capitulum. 254. b. Ei cautum, quominus bona ad ipsum pertinentia cuiquam ad vitam, vel in perpetuum locet. *ibid.* Vel hujusmodi bonorum naturam mutet. 255. a.  
Basilus de Istria Vice-Procurator Congregationis Cassinensis. 10. b.  
Belgæ. 352. a. Nuncius Apostolicus apud Belgas deputator Judex Commissarius causarum locorum Diocesis Leodiensis, quæ Brabantia Ducibus subsunt. *ibid.*  
Beneventum. 314. a. Quomodo reis illuc confugientibus dandæ sint assecurationes. *ibid.* Iis autem non concedendæ, qui crimina in Comitatu Beneventano patraverint. 315. a.  
Fr. Bonaventura de Calategierone Minister Generalis Ordinis S. Francisci. 53. b.  
Bonifacius VIII. Jubilæum Universale centesimo quoque anno celebrandum instituit. 242. b.  
Bononia. Qualitates admittendorum in substitutos Notariorum ejusdem Civitatis. 69. b. Privilegia Consulum Collegij Notariorum. 70. b. Bononia alieno ære nimium gravata, Clemens VIII. Reformatoribus facultatem concedit antiqua augendi vestigalia, novaque imponendi. 73. b. Pragmatica ad evitandos sumptus superfluos. 104. a. Pene maleficiorum apud Depositarium R. C. A. tantum deponendæ. 153. b. Qui aliquo fruuntur titulo ad Magistratum, & Dignitates eligi non possunt. 157. a.  
Brabantia Duces causas suorum subditorum in